Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



22

eam & effuderant fornicationem suam super illam;
propter ea tradidi eam in manus amatorum suorum
in manus filiorum assur super quorum insanierunt
libidine; ipsi discoperuerunt ignominiam eius.
filios & filias illius tulerunt & ipsam occiderunt
gladio & facta est famosae mulieres. siue fac
ta est in sermone mulierum & iudicia siue
ultiones fecerunt in ea;

Duodecim trib; israel quae fuerunt iunctae
in aegypto postea ee diuisae in duas & de
cem tribus appellatasq; iudam & israel
regum & ΠΑΡΑΛΙΠΟΜΕΝΩΝ scrip
tura testatur. iudae regnauit de stirpe da
uid roboam filius salomonis in hierusalem.
ubi erat templum & sacerdotes & magna
pars tribus leui. Decem autem tribubus in sa
maria hieroboam filius nabath de tribu
ephraim & ioseph. quarum samaria nunc ap
pellatur oolla quod in lingua nra sonat ta
bernaculum. hierusalem uero oolibah hoc
est tabernaculum meum in ea siquidem
& in decem tribubus erat tabernaculum
non dei sed idolorum. aureos enim hieroboam